

- 1308 nov. 27. in regem, concordie de persona eiusdem ^a/ electione per principes celebrata, Alberto quidem rege supradicto per quendam suum nepotem prodiciose ^b/ interfecto. Tandem mortuo in expeditione
- 1313 aug. 24. *Chron. quor. reg.* Henrico Romanorum imperatore memorato electores principes in discordia duos ad imperium elegerunt, aliis scilicet eligentibus Ludovicum IV. ducem videlicet Bavarie, aliis vero consentientibus in Fredericum ducem Austrie, quorum electioni dictus Henricus archiepiscopus assensit ^c/ et eundem Fredericum electum in Runna in Romanorum regem coronavit.
- 1314 nov. 25. Nam propter resistenciam principum, qui parti Ludovici ducis Bavarie similiter electi favebant, ipse ^d/ suum electum dictum ^e/ scilicet Fredericum Aquisgrani non potuit coronare. Alter vero ^f/ scilicet Ludovicus predictus Aquisgrani in opido regis per Balde-
- 1314 nov. 25. winum ^g/ archiepiscopum Treverensem exhibuit coronatus.

Idem itaque ^h/ Henricus Coloniensis archiepiscopus vir grandis usque sue promotionis tempore sexagenarius, animo laetum et viribus non deficiens, contra inimicos ecclesie frequenter guerras gerens, presertim contra Gerardum comitem Juliacensem, adversus comitem de Marka necnon ceteros nobiles terre Westphalie ⁱ/ atque potentes et presertim contra civitatem Coloniensem ^k/ adversus quoque comitem Clivensem ^l/ per totum quasi sue vite ^m/ decursum per varia bellorum discrimina fortiter decertavit. Qua quidem tempestate cives Colonienses statui Coloniensis ecclesie semper adversantes capta opportunitate temporum, presertim propter potenciam dicti Ludovici IV. imperatoris, qui contra Fredericum suum ad regnum ⁿ/ coelectum iam prevaluerat, eiusdem freti titula ^o/ confederatis ^p/ sibi multis principibus videlicet

^a/ persone 1. eiusdem persone 4. 4. 4. ^b/ perniciose 4. 4. 4. ^c/ consensit 4. 4. ^d/ accessit 4. ^e/ ipse deest 1. ^f/ dictum deest 2. ^g/ vero deest 3. ^h/ Balwinum 1. Baldu. 2. Balteu. 3. ⁱ/ quoque 4. 4. 4. ^j/ terre deest 4. 4. 4. ^k/ Westfalien. 2. ^l/ Clivensem 1. ^m/ vite sue 2. ⁿ/ ad regnum deest 2. 4. 4. 4. ^o/ titulo 1. ^p/ consideratis 3.